



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 55. Galliarum Rex Mediolanum ingressus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

§. LV.

Sæcul. XV.  
A.C. 1499.

Galliarum Rex Mediolanum ingressus.

Interea Galliarum Rex Mediolanum, *Marian. lib.*  
quo nonnisi capta arce pervenerat, *27. n. 20.*  
die sexta Octobris ducali habitu ornatus,  
solemni pompa ingreditur, trimestrem  
moram in hac regione trahens. Tam fe-  
stivæ ubique exaudiebantur populi ac-  
clamationes, faustæque voces, ac cer-  
tanta incolarum vota, ut Rex his per-  
motus cives perbenigne ac clementer ha-  
beret, ipse etiam Ambasæ Cardinalis,  
& Rupifortius Cancellarius Regi auto-  
res fuere, ut populum ab immodicis om-  
nino tributis eximeret, mediamque eo- *San. Gelas.*  
rum partem, quam ultra consueta one- *in hist. Lud.*  
ra prius Sfortiæ Duci pendere cogeban- *XII.*  
tur, eis remitteret. Haud cunctanter *Aug. Justæ.*  
*l. 5.* Ludovicus id potentium precibus dedit,  
nec tamen in his ejus liberalitas circum-  
scribi patiebatur, sed etiam Ducale pa-  
trimonium, quod hucusque alienari non  
poterat, benefica manu profudit, ac  
præterea Guelforum factionem immota  
fide Gallorum studiis addictam remune-  
ratus est; Trivulcio etiam in obsequii præ-  
mium Viglebanensem Toparchiam dono  
dedit, Theodoricum vero Trivulcii Pa-  
truelein Marianensi Dynastia auxit, ac  
demum

T 3

**Sæcul. XV.** demum avitas Nobilium, ac Clericorum  
A.C. 1499. immunitates restauravit, cunctisque ci-  
vibus bona, quibus contra fas spoliaban-  
tur, restitui jussit, adjecto etiam inter-  
dicto, ne illis, qui prioris regiminis par-  
ticipes erant, aut gratia apud Ducem vale-  
bant, quovis pacto molestia inferatur.  
His ita dispositis, Rex paulo post Tri-  
vultio Mediolani Praefecturam commisit,  
quam Trimollius, qui primo eidem præ-  
erat, abdicabat. Tertio post mense eti-  
am Genuenes ultro Victori urbis suæ  
portas aperiebant, nequidem ad momen-  
tum resistere ausi: ceteræ quoque  
Mediolanensis Ducatus civitates, capta  
Metropoli, sponte ad Gallorum obse-  
quium accurrebant.

## §. LVI.

*Concordiæ pœna inter Galliarum Re-  
gem, & Florentinos.*

**Bellear. l. 8.** Post hæc omnes Italiæ Principes, ex-  
**Guicc. l. 4.** cepto Friderico Neapolis Rege, vi-  
ctoriam regiis armis, auspiciisque re-  
latam per semetipsos Regi gratulabantur,  
ceteri vero, qui Regis conspectum subire  
verebantur, missis legatis idem obsequi-  
um præstabant: hos inter Florentini  
quinque Oratores alegabant; cum ig-  
nitur Rex Neapolis regnum occupare, ac  
Mediolanensi Ducatui eodem victoriæ  
cursu

